

fuit juvenis honestus et acutus. Ejus tabulas ad opus pertinentes concinnas de Insectis vidi Gro-novius et laudat.

Cum ante mensem eram ad Aulam, deposui libras apud D. Grill pro tuis libris, quas promisit mox missurum ad D. Holm, à *Cette*, uti inclusa syngrapha indicat, quam tradas D. Holm, qui mox pecunias numerabit.

In hisce terris nihil novi. Avidè expecto fronde-scentiam. Utinam velles observare quandò arbo-res tuæ, quæ ejusdem speciei sunt cum nostratis bus sylvestribus, incipiunt folia promere prima!

Rogerus professionem Botanices reseravit : lacecit ex patre filius.

Vivas felix cum dulcissimâ familiâ, et uxore, et liberis suavissimis, quibus meam dicas devo-tissimam salutem.

Dabam Upsaliæ, 1755, 20 Martii.

---